Ed.: ROVELLI, *Storia di Como*, II, 347, da B, omessi i testi e le sottoscrizioni di «Otto iudex», «Obertus iudex» e «Anselmus notarius». Reg.: GIULINI, *Memorie*, IV, 577; VII, 103; RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1903, I, 255. Cit.: ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, I, 2, 724 D, da D; GIULINI, *Memorie*, IV, 401; III, 302, da D; ROVELLI, *Storia di Como*, II, 155; RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1904, I, 65; BISCARO, in *Archivio Storico Lombardo*, 1909, I, 311, nota.

Die mercurii, qui est terciusdecimus kalendarum iunii, in broleto ante ecclesiam Sancti Barnabe apostoli. Breve de sententia quam dedit Gualterius iudex consul^(a) Mediolanensis in concordia Gigi Burro, Oberti iudicis qui dicitur de Orto, consulum sociorum eius, de discordia que erat inter Guillielmum comitem filium quondam Rodulfi qui dicebatur Maldavello item comitis de Castro Seprio et Albertum comitem filium quondam Orrici item comittis per se et per alios omnes comites tam de Seprio quam de Placentina qui in hac causa partem requirere poterant, et ex altera parte Laurencium Pristorem, Ottонem Gualterii, Anricum de Perugio, Gualtrame de Solorino, Guillielmum et Iohanem qui dicuntur Guerri, Petrum Pristinarium, Anricum Ferrarium, Adam qui dicitur de Guarda, Arialdum Bruxa, Petrum de Guida, Guillielmum de Mugio, Ottонem qui dicitur Boto, Addam de Cantone, Filipum de Ravizario, Iohanem Bellengerii, Ambrosium Pristorem, Rusticum Pristorem, Lafrancum de Cuvassi, Dominicum Burrum, Ginam filium Guinselmi, Albertum de Vinea, Laurencium *****, Guillielmum de Muri, Duirantem, Adam Montenarium, Lafrancum de Castro Seprio, Guitardum de Muri, Belleucassam, Iohanem de Bruçella, Carexanum, Rodulfum Arzane, Ubertum de Brinci, Guidonem de Benna, Algissum de Carrubello, Iohanem de Archia, Lafranchum de Taino, Andream Casorroni, Duirantem et Adam qui dicuntur Longi, Petrum filium Ambrosii, Duirantem de Carrobiello, filios Adam da Bre, Giselbertum de Bre, Lafrancum de Sancta Maria, filium Adam Ira, Iohanem de Cabio, Dominicum de Curte, Guillielmum Ficiani, Servumdeum, Ottонem Rusca, Bonumhominem de Curte, Segorinum filium Guillielmi, Daibertum de Perugio, omnes de loco Mendrixio per eorum missos iam dictos Ginam, et Anricum, et Guillielmum Ficiane. Lis enim talis erat. Dicebant ipsi comites quod iam dicti homines debent eis dare fodrum regale sicut eis dant ceteri arimani ipsius loci. Ad hec ipsi respondebant quod nunquam dederunt ipsum fodrum nec dare debent, nec ullus homo de ipso loco dare debet fodrum regale nisi sit arimannus. Ipsi vero comittibus in probacione deficientibus, tunc ipse Gualterius iudex in concordia aliorum consulum sociorum eius dedit iusurandum eisdem hominibus de Mendrixio ut iurent quod predictum fodrum nunquam dederunt nec secundum usum ipsius

VIII. — (a) consul B.

5

10

15

20

25

30

35

40

45

50

loci dare debent. Et sic^(b) finita est causa. Et antequam hec sentencia daretur sub domum consulatus dederunt guadiam predicti comites et Petrulfus de Platea de Castro Seprio et Anricus de loco Solbiate in manibus iam dictorum Ginam et Anrici et Guillielmi ad partem de omnibus aliis iam dictis hominibus de attendere iam dictam sentenciam ipsi et alii omnes comites, unde extiterunt ipsimet fideiussores usque in pena librarum quinquaginta. Et ipsi Ginam et Anricus et Guillielmus dederunt similiter guadiam eisdem comitibus de facienda attendere ipsam sententiam quam daturi erant consules ipsi et alii omnes iam dicti vicini eorum, unde extiterunt ipsimet fideiussores usque in suprascripta pena. Factum est hoc ut supra in consulatu Mediolanensi anno dominice incarnationis millesimo centesimo quadragesimo secundo, ipso die, indictione quinta.

Interfuerunt Otto Manzo, Otto Vicecomes, Ardericus da la Cruce, Anselmus et Magnianus et Teito qui dicuntur Crivelli, Bernardus Pascalis, Guifredus de Putebonelli, Petrus et Presbiter germani qui dicuntur Valiani, Iohannes de Corinaldo; de servitoribus Petrus Valiendarnus, Ardericus de Solaro, Petrus Tubadore, Rusticus Manetus, Spazadescus et reliqui plures testes.

Ego Gualterius index ac missus domni terci Lotharii imperatoris hanc sentenciam dedi ut supra et subscrispi.

Ootto iudex ac missus domni quarti Henrici imperatoris interfui^(c) et subscrispi.

Ego Obertus iudex^(d) ac missus domni terci Lotarii imperatoris interfui et subscrispi.

Ego Anselmus notarius et iudex interfui et hanc sentenciam scripsi.

IX.

1143 a metà di giugno
in domo archiepiscopi.

I consoli di Milano giudicano per compromesso fra le parti una lite tra il monastero e il capitolo di S. Ambrogio a proposito delle oblazioni fatte sugli altari, della facoltà di porre campane nel campanile nuovo e del diritto di portare l'incenso alle case che sono oltre la Mussietta e all'ospedale.

Originale molto guasto lungo il margine destro, in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Milano, Monastero di S. Ambrogio, T. 32, c. 1, n. 2 (A). Copia di poco posteriore, non autentica, alquanto guasta lungo il margine sinistro, ivi (B). Copia cartacea del sec. xv, da B, in Archivio di Stato in Milano, Fondo di Religione, Capitolì, Milano, Capitolo di S. Ambrogio, cartella 115 (C). Copia del sec. xviii prima metà, da A e B, in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Milano, Monastero di S. Ambrogio, *Codex chartaceus controversiarum inter monachos et canonicos ecclesie S. Ambrosii Maioris Mediolani*, p. 6 (D). Copia del sec. xviii, dal Puricelli, in biblioteca Ambrosiana, D.S. IV, 7, c. 153 (E). Copia del sec. xviii, da A e B, in biblioteca Braidaense, A.E. XV, 19, p. 464, n. 78 (F).

Ed.: PURICELLI, *Ambrosianae basilicae monumenta*, n. 390, p. 668, da B (= in GRAEVUS-BURMANNUS, *Thesaurus antiquitatum historiarum Italiae*, tom. IV, part. I, col. 295). Reg.: GIULINI, *Memorie*, IV, 577, VII, 103; RIBOLDI, in *Archivio Storico Lombardo*, 1905, I, 255, con la data: luglio 11; SAVIO, *I vescovi di Milano*, 497. Cit.: GIULINI, *Memorie*, V,

VIII. — (b) c'è aggiunto sopra da altra mano e con altro inchiostro. (c) interfui manca in B
(d) iudex ripetuto in B.

407, III, 309, con la data: verso la metà di luglio; BISCARO, in *Archivio Storico Lombardo*, 1904, II, 332; TORELLI, *Studi e ricerche di diplomatica comunale*, I, 72, con la data: luglio 11; KEHR, *Lombardia*, 77.

Riproduco A, mettendo fra [] le parti integrate con B e indicando in corsivo le lettere mancanti anche in B. Il Biscaro ritiene A e B due esemplari autografi, mentre sono rispettivamente originale e copia di diversa mano. Sulla Mussietta, o Musceta, o Muscheta, rigagnolo nella parrocchia di S. Ambrogio, cfr. GIULINI, *Memorie*, IV, 409, 420, VII, 59. La sentenza per quanto riguarda le oblazioni e i seppellimenti si richiama ad altra sentenza pronunciata da arbitri eletti dalle parti con il consenso dell'arcivescovo Olrico il 1 settembre 1123, della qual sentenza riproduce il testo da *ut quicquid a modo in ante a quo modo et qualiter voluerint* (Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Milano, Monastero di S. Ambrogio, T. 32, c. 1, n. 1, copia di mano dello stesso «Anselmus» che stese il presente atto; ed.: PURICELLI, *Ambrosianae basilicae monumenta*, n. 336).

(S M) In nomine Domini. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam qualiter discordia que erat inter donum Vuifredum Dei gratia abbatem monasterii Sancti Ambrosii ubi eius sanctum requiescit corpus et monachos ipsius [monasterii, et ex altera parte] donum Martinum presbiterum ac prepositum seu canonicos eiusdem ecclesie fuit missa et deposita ab utraque parte, iureirando per eorum avocatos ex utraque parte facto, in consulibus Mediolanensis sicuti ipsi consules eis per convenientiam preciperent. Que discordia talis erat. Dicebant [ipse prepositus] et canonicī quod tota oblatio altaris maioris ipsius Sancti Ambrosii et ceterorum altarium seu oraculorum que sunt infra ambitum ipsius ecclesie ad ipsam canonicanam pertinere debeat. Item dicebant quod cloacium novum ad ipsam canonicanam pertinebat et in eo cl[ocas] ponere et habere vol[ebant]. Iterum dicebant] quod debent ferre incensum ad illas domos que sunt ultra Mussietam et ad ospitale. Ad hec ipse abbas et monachi respondebant quod tota oblatio ipsorum altarium seu oraculorum sicut superius legitur ad ipsum monasterium ratione pertinere debeat; sed quia quondam discordia fuit inter ipsum monasterium] et ipsam canonicanam de iam dictis oblationibus et aliis quam pluribus capitulis, dicebat ipse abbas sicut terminata et finita fuit attendere et adimplere volebat, et de ipsa concordia [instrumentum unum ostendebat; de cloacario vero seu clokis ita respondebant quod ipsum] cloacium ad ipsam canonicanam non pertineat, neque clocas in eo ponere seu habere liceat; ad incensum vero portandum ad casas ultra Mussietam et ad ospitale ita resp[ondebant quod per capellanum ecclesie Sancti Michaelis que est capella ipsius monasterii deferri debeat. His ita auditis ab] utraque parte, tunc alia die sequenti, ipsi consules, silicet Iohannes Mantegacius, Ardericus Sacco qui dicitur Cotta, Vuasconus de Maiola, Ambrosius qui dicitur Zavatarius, Girardus [qui dicitur Calcaniulus, Azo Ciceranus, Gregorius Cagainara, venerunt cum ambabus partibus in palacio domini] Robaldi Mediolanensis archiepiscopi coram eius presentia. Dixit predictus Vuasconus in concordia ipsorum consulum et Ottonis de Raude sotiorum eius atque precepit per conve[nientiam] eis abbatii et preposito sub nomine sacramenti quod fecerant ipsis consulibus ut vicissim unus versus alterum finem facerent] sicut ipsi consules ibi statim palam per convenientiam laudarent et insuper securitatem per fideiussores de ipso fine attendere inter se facerent. Tunc [ipse abbas cum ligno quod sua tenebat manu sic finem fecit eidem preposito et wadiam ei dedit et posuit fideiussores Landulfum] Capellum et Villanum qui dicitur Marcellinus sub pena librarum ducentum. Et iam dictus prepositus similiiter finem et securitatem fecit eidem abbatii et posuit fideiussorem Azonem de Nigarda usque in suprascripta pena. Item iam d[ictus] Vuasconus una cum eisdem consulibus ro[gaverunt eundem dominum] archiepiscopum ut ipse precepiteret per suam obedientiam eisdem abbatii et monachis et preposito et canonicis ut ita adtenderent et adimplerent sicut ipsi consules eis precipient. Tunc ibi statim ipse dominus Robaldus archiepiscopus iussit et precepit predicto abbatii et [monachis atque] preposito et canonicis ut ita adtenderent et adimplerent sicuti ipsi consules eis precipient. His omnibus factis et iussis, tunc Anselmus iudex

Busti; quartadecima petia dicitur Sedimen Maconis: a monte via, a meridie Sancti Iohannis; quintadecima petia dicitur in Valle Castiasca: a mane filii Ottonis, a monte Alberti et Amizonis qui dicuntur Carronii; sestadecima petia dicitur in Crespiana; septimadecima petia dicitur in Oralda; octavadecima petia dicitur ad Vallegia: a mane Odonis; nonadecima petia dicitur ad Motam: a meridie Guasini; vigesima petia dicitur ad Ranci: a mane Ambrosii Bellini et quartam partem sortis; vigesimaprima petia dicitur ad Millarium: a meridie Astulfi de Massenago, a monte Ugonis presbiteri; vigesimasecunda petia dicitur in Poairo: a mane et sero via; vigesimatercia petia dicitur a Boti: a mane vallis, a sero via; vigesimqua quarta ibi prope dicitur ad Vulpilianum: a sero et monte via; vigesim aquinta petia dicitur ad Vallem Martinonis: a sero Ambrosii Bellini, a monte Biliane; vigesimasessta petia dicitur Ultra Rium: a mane via, a sero vallis; quia vult eas ad suam manum tenere et laborare. Ipse vero Filipes respondebat quod ipse petie de terra nisi quinque non erant ipsius ecclesie et inde faciebat stria duodecim dictum omni anno. Et super hoc protulit ipse archipresbiter testes, scilicet Ambrosium Zavatarium de Caslago et Paganum qui dicitur Buxo, qui dixerunt: Nos scimus hanc terram, que fuit consignata Filipo de Arzago coram servitore consulum, quod Adam et[qui di] cebantur Maki tenuerunt eam ad partem Sancte Marie ad Montem ad dictum reddendum modios octo, scilicet se gale et panicum et denarios viginti et quattuor et medietatem de vino et amiscera tria: unum erat ad Natalem Domini, scilicet starium unum de vino et panes duos et pullos duos; de aliis vero amisceribus nescierunt dicere; et viderunt quod dictum fuit datum canevariis archipresbiteri Arnulfi, scilicet Guilielmo Buxo et Lanfranco de Sancta Maria per tres vices, et hoc in caneve archipresbiteri de Caslago, expto amiscere de Dei Natale ferebatur ad Sanctam Mariam; et hoc ad quadraginta annis in deorsum et a viginti in sursum. His ita auditis, tunc ipse Girardus iudex dixit et iudicavit, si ipsi testes iuraverint sicut testati sunt, et insuper ipse archipresbiter per suum advocationem iuraverit quod ipsa terra est proprietas vel libellaria ipsius ecclesie, ut ipse Filipes dimittat eidem archipresbitero predictam omnem terram. Et sic finita est causa. Et in die martis proximo iam dicti testes et Cristoforus advocatus ipsius archipresbiteri sic iuraverunt ut supra coram consulibus. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quadragesimo octavo, ipso die, indictione undecima.

Interfuerunt Albertus et Amizo qui dicuntur Carronii, Oto de Raude, Otto qui dicitur Balbus, Talliaferrus de loco Varese; de servitoribus Rusticus Manetus, Petrus de la Clusa, Petrus Tubadore et alii plures.

(S M) Ego Girardus causidicus hanc sententiam protuli et subscrispi.

(S M) Ego Gregorius iudex et missus domni secundi Chunradi regis interfui et subscrispi.

(S M) Ego Robasaccus iudex interfui et subscrispi.

(S M) Ego Anselmus iudex interfui et subscrispi.

(S M) Ego Musso notarius sacri palatii hanc sententiam scripsi.

XVII.

1148 novembre 18
in broileto consularie.

Gregorio giudice, console di Milano, con altri consoli suoi colleghi, decide della controversia esistente tra Fiore prevosto della chiesa di S. Bartolomeo in Bosco da una parte e Daria badessa del monastero di S. Maria di Cairate e i villani dello stesso luogo dall'altra, per avere essi villani rotto la chiusa del molino di proprietà della chiesa di S. Bartolomeo sul fiume Olona col pretesto che quella chiusa era stata costruita su terra vigana della badessa e dei villani.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Fondo di Religione, Capitoli, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, Cass. 46, Cart. N. 5, n. 1 (4). //

(S M) Die iovis qui est quartadecimus kalendarum decembbris in broileto consularie. Breve de sententia quam dedit Gregorius iudex consul Mediolanensis et cum eo Robasaccus iudex et Albertus de Carate consules sotii de discordia que erat inter donum Florem presbiterum ac prepositum ecclesie seu canonice Sancti Bartholomei que dicitur intus Boscum ex parte ipsius ecclesie, et ex altera parte domnam Dariam abbatissam monasterii Sancte Marie de loco Cairate et villanos eiusdem loco per comune ipsius loci per eorum missum Allegrum portenarium ipsius loci. Lis enim talis erat. Conquerebatur ipse prepositus quod ipsa abbatisa et vicini fregerant clusam de molendino ipsius canonice quod est edificatum in ripa et fluvio Oronna iusta locum de Lonate et dicebat quod licet ei habere ita suam utilitatem tam ipse tenens istud molendinum quam auctor eius qui tenebat vetus molinum, dedit testes, scilicet Iohannem qui dicitur Salinbene et Petrum Brunengi et Martinum de Cerro de loco Abiate et Albertum Fava de loco Tradate, qui dixerunt vidisse hunc molinum, quod modo est presbiteri Floris, molinum ubi modo est, tam ad aliud molinum vetus ubi erat ipsa clusa parum supra stare per treginta annos et ab isto molino usque ad costam faciebant suam utilitatem. Ex parte ipsius abbatisse et vicinorum respondebatur quod ipse prepositus non debet ponere clusam ibi quia ipsa terra et ripa est viganum ipsius abbatisse et vicinorum. His ita auditis tunc ipse Gregorius iudex dixit et iudicavit si duo ex ipsis testibus ita iurarent sicut testati sunt et ipse prepositus per unum suum advocationem supra iuraverit quod iure et usu habere debet usantiam ponendi clusam ab ipso molendino usque ad costam de eodem loco Cairate, ut de cetero liceat ei habere clusam in ipsa ripa usque ad costam ubi voluerit. Et sic finita est causa. Et post aliquantiles dies ipsi Iohannes Salinbene et Petrus Brunengi et Iohannes Sporus quem ipse prepositus elegit suum advocationem iuraverunt sicut supra legitur. Factum est hoc anno dominice incarnationis millesimo centesimo quadragesimo octavo, ipso die, indictione duodecima.

Interfuerunt Arialdus Vicecomes, Malastreva, Anricus qui dicitur Paliarius, Gualterionus de Porta Nova, Anselmus Butraffus, Musso de Buxolo, Nazarius Paliarius; de servitoribus Bombellus, Mainfredus de Cadorago, Lanfrancus Conabla, Iohannes Arpadore, Petrus Tubadore, et alii plures.

(S M) Ego Gregorius iudex hanc sententiam dedi ut supra et subscrispi.

(S M) Ego Robasaccus iudex interfui et subscrispi.

(S M) Ego Girardus causidicus subscrispi.

(S M) Ego Anselmus iudex interfui et hanc sententiam scripsi.

XVIII.

1149 luglio 8
in consulatu Mediolanensi.

Ariprando Confalonieri, console di Milano, con Guercio giudice similmente console, in concordia degli altri consoli, sentenzia nella lite esistente tra Alberto detto de Gavazo del fu Enrico e Ottobello detto pure de Gavazo del fu Alberico per sé e fratelli da una parte e i fratelli Ottone e Pietro detti Denarii per l'altra parte, tutti del borgo di Lodi, a proposito di una decima in territorio di Cornelianno Laudense.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, Como, S. Abbondio (A). Copia del sec. XVII fine, biblioteca Ambrosiana, D.S. IV. 8, c. 63 (B).

Reg.: RIBOLDI, in Archivio Storico Lombardo, 1905, I, 258. Cit.: GIULINI, Memorie, IX, 62; III, 413.

5 (S M) Die martis qui est quartusdecimus dies aprilis, in consulatu Mediolani. Breve de sententia quam dedit Azo qui dicitur Ciceranus consul Mediolani in concordia Heriprandi Iudicis, Roberti Pingilucchi atque Marchisi Calcianioli, consul similiiter, de discordia que erat inter milites Mediolani qui tenent Ardennum per eorum missos. Refutatum Cagalentum, Guilielmum Monetarium consules, Guasconem de Mairola, Arzemondum de Sexto, Porrinum de Forris, Montenarium Monetarium atque Maldotum Pedestorti, et ex altera parte dominum Adam venerabilem abbatem monasterii Sancti Abundii. Lis enim talis erat. Dicebant ipsi milites quod Rolandus qui dicitur de Murada de loco Talamona debebat per eos se distingere propter districtum plebis de Ardenno quod ipsi milites ad se pertinere allegabant, asserentes ipsum Rolandum habitatorem esse de ipso loco Talamona qui est de plebe de Ardenno; et quod ipse locus Talamona sit de plebe Ardenni, et quod ipse Rolandus se penumero per eos districtus sit ipsi milites quam plures induxerunt testes. E contra ipse abas respondebat districtum ipsius Rolandi ad ipsos milites nullo modo pertinere, imo pro tertia portione ad prefatum monasterium Sancti Abundii spectare affirmabat, asserens universi loci Talamone districtum pro tertia portione ipsius monasterii esse, reliquis duabus partibus ad monasterium Sancti Dionisii et Landulfum Grassum atque Cadagios de Insula pertinentibus; dicebat insuper locum ipsum de Talamona non esse de plebe de Ardenno, set curtem esse; et quod ipse locus sit curtis et quod tertia pars ipsius curtis cum districto ceterisque honoribus ad ipsum Sancti Abundii monasterium pertineret, et quod ipse Rolandus per abates ipsius monasterii se penumero districtus sit, multis testibus et instrumentis publicis ipse abas ostendebat, privilegium etiam domini Henrici imperatoris producebat quo continebatur quod prefatus imperator tertiam partem ipsius curtis eidem monasterio donaverat. Addiebant insuper ipsi milites quod dominus Cono, abas ipsius monasterii, de ipsius Rolandi districto finem fecerat in manibus suorum consortum de Insula cum quibus de ipso districto sub consulibus de Insula in causa fuisse dicebant; unde similiiter testes produxerunt. Quod predictus abas omnino negabat. His et aliis hinc inde visis et auditis, et predicto Rolando coram ipsis consulibus proficiente ipsius monasterii Sancti Abundii districtabilem esse et non ipsorum militum, et hinc inde omnibus omissis testibus, laudavit ipse Azo, si ipse abbas per suum advacatum iuraverit quod predictus Rolandus pro tertia portione per ipsum abatem Sancti Abundii debet se distingere iure et usu ipsius loci, ut de cetero ipse Rolandus per ipsum abatem Sancti Abundii pro tertia portione se distingat. Et prefatum monasterium ab ipsis militum petitione de districto ipsius Rolandi sit de cetero absolutum. Cumque ipse abbas per suum advacatum paratus esset ut supra iurare, remiserunt ipsi milites ei iusiurandum. Et sic finita est causa. Anno dominice incarnationis milleximo centeximo quinquagessimo tertio, prefato die, iudicione prima.

45 Interfuerunt Benno de Curte, Amizo de Landriano, Azo de Axago, Peregrinus de Rode, Codemallius de Pusterla, Oldo de Petrasancta, Otto de la Sala, Passagius, Guifredottus Capellus, Guibertus Medicus, Monachus Gambarus, Trankerius Baxabelleta, Bordella, Guilielmus Cassina, Bernardus Russca; de servitoribus Anselmus de Picino, Bombellus, Iohannes Arpadore, Iohannes Guitonus, atque Sinforte et alii plures.

50 (S M) Ego Azo iudex et missus domini secundi Chunradi regis hanc sententiam dedi et subscripsi.

(S M) Ego Arialdus causidicus subscripsi.

(S M) Ego Marchisius iudex subscripsi.

55 (S M) Ego Dominicus iudex ac missus domini regis interfui et hanc sententiam scripsi.

XXVIII.

1153 giugno 10
in consulatu Mediolanensi.

Azo Cicerano console di Milano, con altri consoli suoi colleghi, sentenza in una lite vertente tra il comune di Vellate e l'arciprete di S. Maria di Monte Vellate per vari diritti su boschi e pascoli del comune.

Originale in Archivio di Stato in Milano, Pergamene, S. Maria del Monte, n. 130 (A). Copia del sec. XII non autentica su pergamena opistografa, ivi, n. 131 (B).

Reg.: RIBOLDI, in Archivio Storico Lombardo, 1905, I, 258, con la data: 10 gennaio.

10 (S M) Decimo die mensis iunii, in consulatu Mediolanensi. Breve de sententia quam dedit Azo Ciceranus consul Mediolanensis, et cum eo Albertus de Porta Romana, Otto de Mariola, Robertus Pingiluccum, Marchisius Calcianiulus, similiiter consules, de discordia que vertebatur inter Anicum et Soldanum et Vivianum consules de comuni de loco Vellate et Ugonem qui dicitur Presbiter et Ottudem de Murixolo per se et per missos de omnibus eorum vicinis qui habent partem in hac discordia, et ex altera parte dominum Landulfum archipresbiterum ecclesie Sancte Marie que nominatur de Monte Vellate. Erat siquidem inter eos discordia utrumne liceret predictis de Vellate dividere inter se buscum seu nemus quod vocatur Gazium necne, in quo ipse archipresbiter plures conditiones plurimaque iura se habere dicebat, videlicet de lignis tollendis pro fabrica ipsius ecclesie et pro domibus quas ad suum donicum tenet in ipso monte construendis^(a) et refitiendis atque retinendis, et pro fatiendo foco non solum quod ante se familiamque suam fit, sed etiam pro fatiendo eo foco unde cibaria coquuntur et preparantur, tam ad furnum quam ad coquinam; et item in quo ius escandi et passendi porcos, non solum quos ad suum donicum retinere facit in ipso monte, set etiam aliorum hominum in ipso monte ibi iuxta Sanctam Mariam habitantium, qui pro ipso escatico dant sibi pro unoquoque porco quem occidunt lumbos et olzam, et pro unoquoque quem vendunt denarios sex. Que omnia ipsi de Vellate non diffitebantur nisi solummodo ius pascendi porcos aliorum hominum in predicto monte habitantium, quod ipsi archipresbitero competere omnino negabant; tamen eos prohibere poterat ipsius nemoris divisionem facere, cum nemo invitus in communionem debeat detineri, et cum etiam si divisio facta fuerit, predicta iura nullatenus minuerentur. Iam dictus archipresbiter ea ratione divisionem fieri vetabat, quia si ipsis nemoris divisio fieret et sua portione unusquisque pro suo arbitrio uteretur, ipsum nemus penitus consumeretur, et sic predicte utilitates ecclesie et archipresbitero competentes ad nichil redigerentur; item querebatur an liceret ipsis de Vellate tollere de castaneis pro custodiendo ipso Gazio que sunt in eo usque ad modios octo desuper toto, videlicet tam de portione dominorum de Porta Romana quam sua, quod ipsi dicebant multis temporibus facere consueisse, ad quod archipresbiter respondebat dicens hoc minime facere consueisse, set si quo tempore fecerunt iure facere non debuerunt. Item discordia erat an liceret predictis hominibus iuxta Sanctam Mariam sursum in predicto monte habitantibus tollere ligna sicca pro faciendo foco qualicumque invenerint tam in ipso Gazio quam etiam in alio busco et nemore quod appellatur Cerretum quod est ex parte sero ab ecclesia Sancte Marie inter predictum Gazium et pratum quod vocatur Vivarium, in quo Cerreto ipse archipresbiter eadem iura habet tollendi ligna pro edificiis et foco que habet in predicto Gazio, an liceret eis tollere solummodo ligna peregrina ab arboribus separata que in ipsis nemoribus

XXVIII. — (a) construendis A; confundendis B.